

LIBER
DE VITIS FRATRVM
QVI INITIO PRÆDICA-
TORII ORDINIS VIXERE,
IN ÆDIFICATIONEM SEQVENTIVM
Fratrum olim jussu Vener. P. Humberti
de Romanis quinti Generalis Ma-
gistri, collectus:

NUNC VERO A R. P. F. NICOLA O
Figueres Theologo ejusdem Ordinis, pralo
datus cum Opusculis in sequenti pag.
indicatis.

AD BEATISSIMAM VIRGINEM
Deiparam.



Valentia, Per Bernardum Noguès, juxta mole-
dinum de Rovella, Anno 1657.

Continet hoc volumen, præter
prædictum Humberti librum,
ejus nascentis Ordinis Chro-
nicam, pag. 435.

Item ejusdem Humberti epistolam ad Fratres, de tribus vocatis substantialibus Religionis, & quibusdam virtutibus, pag. 459.

Item Tractatum vitæ spirituales S. Vincentij Ferrerij, pag. 533.

In principio quoque voluminis habes Lector epistolam S. P. N. Dominici ad Fratres.



OMnia quæ enarrantur in libro hoc qui
Vitas Fratrum inscribitur, jussu Illuf-
trissimi, & Reverendissimi D.D. Hiacynthi
Minuarte Episc. Maron. Vicarij Generalis
à me summa voluptate inspecto, & perlecto
ita Fidei Catholicæ, & pietati consonant, ac
decretis Ecclesiæ, ut non nisi præclara ex-
empla sint totius sanctimonix & virtutum in-
signia hortamenta, quæ vitam omnium in-
formant, & religiosam observantiam maxi-
mè promoveant. Summæ habendæ sunt gra-
tiæ R.P. Fr. Nicolao Figueres qui narratio-
nem hanc virorum nominatorum conservans:
ex pervetustis, & penè oblitteratis codicibus
ingenti labore erutam, immortalitati con-
secravit. Censeo igitur ejus operam egre-
griè commendandam, & facultate excuden-
di concessa, jure, cum cæteris Opusculis
pag. 2 indicatis, promovendam, ut omnes
ad pietatem inflamentur. Ex hoc Valent.
Prædicat. Conventu 3. Idus Decembris,
1656.

*Fr. Marcellus Marona Magist. &
S. Theolog. public. professor, &
Censor.*

Imprimatur.

*Doct. Riz pro
Vic. Gen.*

Imprimatur.

M. Roig. F. Adv.

LIBRARY 2.30
PRIMA PARS.

DE PERTINENTIBVS AD
inchoationem Ordinis.

CAPVT PRIMVM.

*Quòd Domina nostra Ordinem Prædicato-
rum impetravit à Filio.*

FVIT ante institutionem Ordinis Præ-
dicatorum Monachus quidam vitam
ducens honestam, qui in quadam infir-
mitate sua raptus in extasi, tribus die-
bus continuis sine exteriori motu sen-
suum [*sensu & motu*] permansit. Ad se
verò rediens, nulli dicere voluit quod
vidisset. Elapso autem aliquanto tem-
pore, cum iam Ordo iste creatus esset,
contigit duos Fratres in Ecclesia ubi
erat prædictus Monachus, prædicare: un-
de percunctatus diligenter ipsorum Fra-
trum officium, Religionem, & nomen,
post prædicationem traxit eos cum alijs
viris honestis ad partem, & ait: Ea quæ
mihi Dominus sua benignitate revela-
vit, & filii, amplius non debeo reti-
cere. Quondam raptus in extasi tribus
diebus, & tribus noctibus, vidi Dominã